Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ystoria Troiana - Cod. Aug. pap. 37

Guido <de Columnis>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Liber XIX

urn:nbn:de:bsz:31-73096

Visual Library

mas discurrit et Troianam audaciam insisteret
sic grecos in fugam deuenerunt omnes ad temp
toria sua festinant quos Troiani usque ad sua
temptoria sunt secuti. ubi mirabilis casus e
mersit. Nam dum sagittarius grecos fugien
tes cum eo grauiter infestaret. Et Troiani
grecos in temptoriis eorum opprimerent. Dyomedes
qui fugiens ad temptoria properabat cum
uno de papilionibus in sagittarium incidit quem
nullo modo uitare potuit propter troyanos qui sic
cum multis anellabant (?) ergo. Necessarium
igitur fuit plurimum Dyomedi ut inuitus et du
bitans in sagittarium irruisset. Nam si non
irruisset recte reddere cum ipse fuisset grauiter
uulneratus in manibus hostium madebat quem
uiuere nullatenus permisissent. Sagittarius

Occiditur sagittarius a dyomede.

igitur dum Dyomeden in sua sagitta perceuteret.
Dyomedes cum ense suo tam uiriliter percus
sit ipsum in extreme quod mortuum ipsum deiecit in
terram. Interim greci campum recuperant. Tro

De pugna inter hectorem et Achillem et qualiter se ab equis deiciuntur

iani necessario retrocedunt. Hector uero in
Achillem irruit in equo suo celeri cursu
nomine galathea. sic quem dum irruisset Achilles
irruit in eorum ictibus lanceis se ab equis dei
ciunt. Sed Achilles prius equum suum celer
ascendit qui in equum hectoris galathea manus
extendens cepit cum ipsum satagens asportare.
Hector autem irruit ad suos potenter exclamat
ne equum suum abire permittant propter quod in sinum (?)

milites ad ipsius equi recuperacionem uiriliter inten
dentes irruunt in Achillem et grauie bellum
committitur inter utrosque. Sed fratres hectoris naturales
in multa uirtute bellantes uiolenter extirpant
de manibus detinencium galatheam. et illum hectori

Equus hectoris nomine galathea.

restituunt exinde letanti. Verum dum hec inter
utrosque in multorum excidio gererentur. Et An
thenor inter grecorum acies bellando discurreret
grecis in multa pugnacium continua. Anthenorem

De capcione Anthenoris.

capiunt et captum ad temptoria eorum mittunt. Set
cum iam dies declinasset ad uesperas et sole
iam uergente in occidentem ad occasum. Non ob
stante quod Polidamas Anthenoris filius et
sui patris non mediocriter fuit capcioni. Precipue
ipsius multa commisisset in bello. tamen eo die super
ueniencibus noctis tenebris prelium fuit
disruptum.

Liber decimus nonus in quo agitur de sexto bello. R.

Sequentibus igitur diei aurora surgente
solis splendore circumquaque diffuso

Bellum asperrimum quod toto die durauit.

utrimque paratis aciebus incipit egressis bellum
letale committitur inter utrosque et tota illa die
usque ad noctis tenebras est pugnatum. multi
fuerunt eo die interfecti de grecis sed plures
de Troianis. Nam grecis tunc melior pars suc
cessit in bello. Sed illius diei superueniente noc

Ambaxiatores ad petendum treuguas per tres menses.

te non fuit amplius preliatum. Sequenti uero
die. Greci Dyomeden et Ulixem ad regem
Priamum transmisere legatos ut treugua

firmata trium mensium indutie largiuntur
per Regem Priamum. Hiis autem legatis placuit
ut mitteretur eisdem quidam miles Dolon. Lau-
dines et nobilis oriundus de Ciuitate
Troiana. Cum legatis ipsis obuians et
eos comitans. Regis Priami conspectui
presentatur. legatio non Regi Priamo sincere
explicatur. Rege Priamo tunc admissa
Ciuitatis repletam a barijs existente in suo
innumerabilium militum comitiua. Rex Priamus
Respondit eis in multa urbanitate iubet se
statim exinde consilium fieri et confestim
suis consiliarijs conuocatis omnes in dandis
predictis inducijs conueniunt Excepto hectore
qui de indulgendis eisdem omnino dissidet asse-
rens grecos ex dolo et astucia petere predictas indu-
cias supra occasione facili que uelint. scilicet
mortuos sepellire cum ipsi victualibus careant
et pro acquirendis eisdem commode in tantum habent
facultatem quos in tantum nostra victualia con-
sumerent que tamen nobis necessaria prolixius sustinenda
tanta gente in hac Ciuitate nobiscum
inclusa prolixius existunt. Sed ex quo omnibus
fuit acceptum. hector noluit tantorum virorum de
contentione consilia refutare. Quilibet enim discre-
tus interpellatur ad consilium inter alios licet
in unam conueniat sententiam si sibi aliud uideatur
non propterea consentiens omnino debet inducere silen-
cium ori suo quin ipse dicat quod sibi uidetur

cum multociens contingeret et contingat quod unius
sententia communis multos sapientiores ad suam
sententiam trahat ut pro re consilij sanioris quod
uis semper et frequenter obtineat quod minor
sententia soleat preualere. licet alius salubri-
us et melius consilium sentiret. Et ideo hector
a dicto consilio tunc ab omnibus non discessit. licet
aliud sibi exinde uideretur, ne uideretur uelle
tanto iudicio reuocare consilium. Concessum tamen
mensium indutie fuit concesse. Quod omnibus tamen
grecis quam troianis pugnantibus gratum extitit.
ut a bello quiescerent in tanto tempus induciarum
tempore et durante treugua predicta in communicatione
unus pro altero. Rex Thoas a troianis et
Anthenor liberantur a grecis. Calcas autem tro-
ianorum antistes qui mandatis dijs relictis
Troianis grecis adheserat quandam suam filiam
habebat multe pulcritudinis et morum uenusta-
te conspicuam. Briseyda eam nomine uocabatur.
Hic Calcas predictam filiam suam briseydam Regem
Agamenonem et alios grecorum sollicite depreca-
tur ut predictam filiam suam a Rege Priamo si
placeret exposcant. ut eam restituat patri
suo qui eidem Regi Priamo preces plurima
obtulerunt. Sed Troyani contra Calcantem
antistitem multum impugnant asserentes
eum esse nequissimum proditorem et ideo morte
dignum. Sed Priamus ad peticionem grecorum
inter commutacionem Anthenoris et Regis

proditor

Restituitur Antenor a grecis tro-
ianis pro rege thoa
capto.

Briseida filia
Calcas.

Troyas. Briseida grecis relaxarunt. Treu-
gua ipsa durante. Hector ad grecorum castra
se contulit. quem Achilles libenter inspiciat.
cum numquam viderit eum inermem. et in eius ten-
torio. Hector in suorum militum nobilium comi-
tiva. ad Achillem potenter descendit. cum
invicem de aliquibus multa conferre. Achilles

Colloquium inter Achillem et Hectorem

dixit Hectori hec verba. Hector. Hector gra-
tum est michi. quod video te inermem pro
eo quod sine armis numquam potui te videre.
Sed gracius michi esset. si de manu mea mortem
subires festinancius sic opto. Ego enim in
multa tua virtute bellandi. sensi tuarum
virium potenciam. multum esse. cum eam sensim
in mei effusione cruoris. et in gravibus
ictibus ensis tui. Et licet de hoc mens animi
sepius incitetur maiori tamen incitetur conci-
tatur de eo quod Patroclum intimum meum
in morti tradideris. quem non minus me
sincerius diligebam. separasti me ab eo quem
in vera dileccione indissolubili affeccionis
vinculo copulavit. Sed tu pro certo teneas quod
iam quam celebratur amicus meus mors Patrocli acriter
vindicabitur in te ipso. Nam necesse est ut
de manu mea crudeliter moriaris. et eo
precius quod ego cognosco te in mortem meam
totaliter aspirare. Cui Hector in hec verba

Responsio Hectoris ad Achillem

respondit. Domine Achilles si in tua morte
anhelo et te odio habeo in toto corde meo
iniuste movimus. cum scire te credam excusari
non posse procedere ut eum diligerem dilectum qui me
persequitur odio capitali et qui terram meam
meos et me in tante guerre strepitu impugna-
re presumpsit. Erga quem enim amor procedere numquam
potest. Nec ex odio dileccio caritatis. Amor enim
ex dulci amorum concienencia ducit originem. Et
odio procedit hostilitas cuius precipue mater
est guerra. Sane nolo te scire quod me tua
verba non movent immo si hinc ad duos menses
vita comite vigeat ensis meus spero pro eo
me tantum in mee virtutis potencia prevalere
quod non solum tu sed omnes maiores grecorum exercitus
qui contra me omnia bella fovent manibus
meis amara et crudeli morte succumbent.
Scio enim te et omnes maiores principes grecorum
exercitus firmiter maria circuiri. Nam
tale bonus assumere presumpsistis quod eius opposi-
tum ponderet nil aliud quam mortis excidium in cunc-
tis. Securus enim sum quod tu prius morte vi-
ceris quam contra me prevaleat ensis tuus. Sed si
te tanti vigoris audacia concitat ut contra me
partes manibus prevalere fac quod omnes reges
grecorum et principes in hoc sincera mente consen-
ciant et manuteneant in excusse quod constituto
bello inter nos duos tantum si contingat te posse
devincere me Ego et parentes mei ab hoc re-
gno et aliis regnis meis perpetuo cumbimus
exulare et regna ipsa in grecorum dominio re-

linquemus. Faciam ei vos debite sufficien-
ti cautela securos per sufficientem numerum obsidum
et decorum corporalia sacramenta. Quod si feceris
non solum tibi prodesse poteris, verum aliis qui
per belli abstinenciam incurrent cum integritate
salutem. Et si me te vincere forte contingat, fiet
ut universus grecorum exercitus ab hac terra disce-
dat et nos in gente dimittat a longa inque-
tudine liberatos. Achilles autem ad verba hec-
toris iam totus incaluit et qui madefactus to-
tus in suo ire rubore bello se offert bel-
lum recipit animosus. Et iuxta hectoris appetitum
quamvis infirmitatis in signum gaudii se offert.
quod hector plusquam dici potest animo desideranti
recepit. Sed agamenon multorum inde sequen-
cium audito tumultu cum multis grecorum re-
gibus ad achillis tentoria pervenit. Ubi
tractatu statim omni maiori aggregacione grecorum
omnes unanimiter contradicunt nolentes id
ratum habere. Adeo quod achilles se obtulit in-
consulte nec eis placere eius se velle in studiis
fortune submittere ut ab uno milite tot
Regum et principum pendeat mors et vita. Sic
et troiani ex eorum parte ne id fiat expresso
dissensu recusarunt. Excepto Rege priamo
cui tali causa se submittere placet ex
eo quod virtutes et potencias hectoris bene noverat.
cui faciale nimis erat de uni tanti militis
victoria gloriari. Sed quia tantorum consensibus

quorum interesse non potuit contra duorum belli
dissensum cum ceteris est secutus. Et sic hector
a grecis obtenta licencia in troiam rediit et
iterum in ipsam. Troilus non postquam agno-
vit de sui patris procedere voluntate de bri-
seyda relaxanda et restituenda grecis quam
multo ardoris amore iuvenili dilige-
bat nimio calore ductus amoris in
desperativa virtute igne voluntatis multo
dolore deprimitur et torquetur confunditur
qui totus in lacrimis anxiis suspiriis et la-
mentis nec est qui eum excessus eius valeat
consolari. Briseyda non troylum non mino-
ris amoris ardore diligere videbatur nec
minus in noctes continuas perdit suos dolores
cum tota sit fluvialibus lacrimis madefacta
sed continuis angustiis imbribus ab oculorum suorum
fonte fluentibus vestes suas faciat conperte
aspersit quod eius vestes tinte erant lacrimarum
profuse liquore ut si prementis alicuius manibus
stringerentur aquarum multitudinem effun-
derent. In structura unguibus et suis sua te-
nerrima ora dilacerat. Et auricomos crines
suos a lege ligaminis absolutos a sui
capitis cute divellit. Et dum rigidis
unguibus suas maxillas exarat rubeo
cruore perfusas lacerata lilia lacrimis ro-
sis immixta similitudinarie videbantur.
Que dum queritur de sua separacione a dilecto.

De restitucione briseyde usque ad finem huius libri

suo Troilo sepius intermouet / inter brachia
eam nolenciu detinet / dicens se male mo
tem appetere quam uitam potius / ex quo eam
ab eo separari necesse est. a cuius uita uite sue
solacia dependebant. Noctis igitur superueniē
te caligine. Troilus se contulit ad Brisei
dam eam suis monet in lacrimis ut a
tanto se debeant temperare dolore. Et dum
sic eam solatur Troilus anelat. Brisei
da inter brachia Troili labitur sepius semi
uiua. quam inter dulcia basia lacrimis
irroratur flebilibus ad uires suos sensus
ea nacte reducere sepius est conatus. Set dieī
lum qui superueniente mane / Troilus
ad Briseidam in multis anxietatibus et
doloribus discessit / et ea relicta ad sui
palacii regiam properauit. Set o Troile /
que te tam iuuenilis coegit error
credulitas ut Briseide lacrimis crederes
et eius blandiciis caperis. Sane omnibus
mulieribus est insitum / a natura ut in eis non
sit aliqua firma constancia / quarum si unus
aliquantulum lacrimatur / ridet alter eius oculus certis
usu quarum nobilitas quanetis eas ad
illudendos uiros semper inducat / et cum plus
amoris uiris ostendit / statim sollicitata per
alium amoris sui demonstratiua instabilem
repente uariat et committit. Et si forte nullus
sollicitator earum appareat ipsum ipsa uel dum
incedit uel dum uagatur sepius in fenestris
uel dum resident in plateis furtiuis aspectibus
clandestinum sibi querunt. Nulla spes igitur est re
uera tam fallax / quam ea que in mulieribus residet
et procedit ab eis. Unde fatuus ille iuuenis
merito censeri potest / et multo forcius etate prouec
tus / qui in earum blandiciis fidem gerit et
earum demonstracionibus sic fallacibus se committit.
Briseida igitur de mandato Regis Priami
in magno apparatu / se attingit ad iter
quam Troilus / et multi nobiles de Troianis
per magnum uie spacium comitantur. Set grecis
uenientibus ad recipiendum eandem Troilus et
troiani redeunt / et greci eam in suo recipiunt
comitatu. Inter quos dum esset Dyomedes.
et illam inspexisset / in flamma statim uenerea
ardoris exarsit et eam in uehementi desiderio
concupiuit. Qui collateralis associando Bri
seidam / cum in simul equitaret cum ea sui ardoris
flammam continere non ualens. Briseide reuelat
sui estuantis cordis amorem quam in multis
affectuosis sermonibus et blandiciis nec non
permissionibus / re uera magnificas / alicere satis
humiliter est conatus / Sed Briseida in primis
primis moribus ut mulierum est moris sui
prestare recusauit assensum / nec tamen passa est
quin post multa Dyomedis uerba ipsum nolens
a spe sua deicere uerbis humilibus dixit amoris
tui oblaciones ad presens nec repudio nec

admixtio, cum cor meum nunc non sit ita disposi-
tum quod tibi possim aliter respondere. Ad cuius verba
Dyomedes satis fuit est letus, cum ex
eis presensit de spe gerenda, in qua se non
esse privatum in totum. Qui associavit eam usque
quo Briseida se recipere debebat. Et cum illuc
pervenissent, ipse idem eam ab equo descendere
propterea adiuvit, et unam de cirotecis quam
ipsa gerebat in manu, ab ea nullo percipiente
furtive subtraxit. Sed cum ipsa sola presensit
placidum furtum dissimulavit amantis. Tunc
antistes Calcas in filie occursum advenit,
et eam in vultu et animo satis placato intentorum[?]
suum recepit. Et Dyomedes amore Briseide
licet nimium fluctuaret, tamen amor et spes eum
in multo labore sui cordis impugnant. Briseida
vero sola existens cum antistite patre suo, ipsum
durius verbis aggreditur in multitudine lacri-
marum dicens ei: Quomodo pater carissime in-
fatuatus extitit sensus tuus, qui tanta
ingenii sapientia consuevit, ut tu qui tantum inter
Troianos magnificatus extiteris et elatus
cum fuisses fere eorum tanquam dominus et solus eorum
in omnibus gubernator, qui tantis inter eos
divitiis habundabas, tantarum possessionum
multiplicitate suffultus, eorum nunc factus es
proditor, tuam negasti patriam, cuius esse defen-
sor in omnibus debuisti, quam nunc elegisti tibi
melius placere abiurando patriam in paupertate

et exilio vivere et spoliatus inter capitales tue
patrie inimicos, qui ad delendum tuos
et tuam patriam sic hostiliter accesserunt. O
quanta inter Troies tale confidens prudens et
tam gloriose a tuis consueveras honorari, nunc quanta
tanta dedecoris a te detegeretur infamia, quanta
es velocius turpitudinis ignominia dein-
gratus. An putas si inter unos vituperatus
exstitis quod non post mortem tuam apud inferos
obtinere proditionis culpam non lugeas penas
dignas. Consultius quidem tibi esset, quod in nobis
tuis aliquem locum solitudinis quesivisti
vel in nemoribus deviis vel in aliqua insula
longe a vicinis duceres vitam nunc quam inter
Troies tanta labe ingressus diffamati.
An putas quod Greci reputent te fidelem qui
es tue patrie publicus infidelis. Sane
deceperunt te Appolinis falsa responsa
a quo te dicis suscepisse mandatum ut
tuos patrios lares deseres et tuos in tanta
acerbitate penates, qui sic tuis spoliati
hostibus adheres. Sane non fuit ille deus
Appollo, sed potius puto fuit cohorta inferna-
lium furiarum, a quibus responsa talia suscepisti.
Et hec Briseida multis demixta singultibus
lacrimarum suo flebili colloquio finem fecit.
Cui Calcas sub quadam voce leniter
respondit. Dixit ei: Ah dulcis filia, in
tantum esse reputas ante secuta iussa deorum.

Responsio calcantis ad verba briseyde eius filie.

Locutio inter patrem et filiam Briseyda

sperare et spem alteram ea non sequi in quibus possimus
cum integritate salvari. Scio enim pro certo per in-
fallibilium promissa deorum patrem generum predi-
ci non posse tempore diuturno et quod Civitas Troie
brevi tempore destruatur qua destructa eius
omnibus nobilibus et plebeis universis ipsius in
ore gladii trucidatis. Quare bona filia
melius est satis nobis hic esse quam hostili
gladio sentire perire. In adventu igitur Bri-
seide Grecis placuit universis. Briseide tamen
formosus eius aspectus cum ad eius eam placidam visio-
nem omnes maiores Grecorum exercitus accessissent
querentes ab ea de Troiana Civitate ru-
mores et eius Civium continentiam, necnon et
regis eorum. quos Briseida in multa ubertate fa-
cundia pandit illis. Quare omnes maiores ipsam
in filiali affectione receperunt. promittentes ei
eam habere caram ut filiam, et in omnibus hono-
rare. Et eis ab eis recedentibus multis
donis et muneribus repleverunt eam. Non-
dum dies illa ad horas declinaverat ve-
spertinas cum iam Briseida suas recentes
mutaverat voluntates et quod tenuit propositum sui
cordis. Et iam magis succedit ad votum
esse cum Grecis quam fuisse hactenus cum troyanis.
Jam nobilis Troili amor in sua cepit mente
tepescere in tam brevi hora sic repente
sic subito femina volubilis cepit in omnibus
variare. Quid est igitur quod dicitur de constantia

[margin:] Tepescit amor troili in briseida

[margin:] filii Regis Priami

mulierum quarum sexus proprium mos est ut earum
repentina fragilitate proposita dissolvantur.
que hora brevissima variantur. Non enim cadit
in hominis varietates et dolos earum posse describere
cum magis quam dici possit sint earum volubilia
proposita nequiora.: Liber .xx. de septi-
mo bello. Rx

Post igitur trium mensium emensas indutias
adveniente die sequenti Troiani at-
tingunt ad bellum. quorum ordinatis troianorum per
hectorem aciebus ipse hector cum aciebus ipsius ad
bellum primum exivit, ducens secum quindecim
milia militum. quos sub se deputaverat tantum
modo acie. quem cum aliis militibus est Troilus
illico insecutus. Deinde Paris Civitatem egressus
existentibus secum viris pugnantibus in arcubus
et sagittis. Deinde Deyphebus ad bellum
exivit cum aliis tribus milibus pugnatorum.
Deinde Eneas cum aliis ceteris patris ad pu-
gnam qui omnes tunc fuerunt exceptis troianorum
Centum milia militum strenuorum in multa virtu-
te bellandi. prout dares in codice suo scripsit.
Ex parte vero Grecorum accessit ad bellum Rex Mene-
laus primus cum septem milibus pugnatorum.
Deinde post cum totidem Dyomedes. Deinde
Achilles cum totidem. Deinde Xantipus
cum trium militum comitiva. Deinde Rex Agame-
non cum multitudine magna nimis. De Grecis
autem Rex Philis primus cum acie sua. Tro-

[margin:] C. milia exceptis troianorum

[margin:] xv milia